



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

De contentione. Cap. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

128. SPECVLVM ANIMAE  
cogere, ac in humilitate ac mititate  
adipiscenda praecipuam diligentiam  
collocare.

*Tedium  
gaudio si-  
peratur.*

TERTIVM remedium est.  
Gaudere semper in Domino, oran-  
do, meditando, psalmos decantan-  
do, & contemplationibus insisten-  
do.

*De contentione, Macula XVIII.*

CAPVT XIX.

*2. Tim. 2.*

**S**eruum Domini non oportet litigare: ait  
S. Paulus. Insigne vitium & ad-  
modum deformis labes in anima,  
quam infecerit, est contentio, qua  
vinculis duris constrictam tenet,  
ne viam perfectionis perambulare  
possit.

Sunt namque nonnulli inter illos  
etiam, qui spirituales videri volunt,  
pleni spiritu contradictionis, qui-  
bus in omni colloquio, quamuis de  
rebus bonis & indifferentibus ser-  
mo sit, delectabile est contendere,  
quod sine superbiae nota vix fieri  
potest, quoniam alios despiciunt  
habent, ac ceteris plus sapere, su-  
amque

amque opinionem prævalere volunt, quamuis omnem culpam à se remouere contendant, dicentes se hoc facere studio inuestigandæ veritatis. Quæ excusatio tunc locum haberet, quãdo de rebus magnis & grauibus quæstio est, verum de rebus nihili aut minimi momenti disputare, quid utilitatis adfert? Et quando semel modestè tuam in re proposita declarasti sententiam, vuid iuuat verba multiplicare & in gentum seminare?

Itaq; si profectus desiderio tene- *Consilium*  
ris, vtilissimum hoc quod tibi dabo, *optimum.*  
amplectere consilium: Fuge, quoad fieri potest, disputationes & litigia: *Auditacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia: sic enim docet Sapiens: Eccl. 32.*  
& sic facere debet quisquis præsens est vbi de rebus bonis & vtilibus sermo habetur.

Quinetiam alterum quod adijciam sequere consilium: Quotiescunque colloquijs vanis & inutilibus te interesse contigerit abscede: aut si te necessitas ad manendum cõstrin-

git, illa per vtilis alicuius materia,  
cū singulari modestia & dexterita-  
te, introductionē, præcidere stude.  
Stultas autē & sine disciplina quæstiones  
deuita, vt S. Paulus ad Timotheum  
scribens monet. Denique ne mul-  
tis: si proficiēdi auidus es, omnibus  
assentire, omnibus adhære, omnibus  
condescende, omniū sententiæ sub-  
scribe, quando parum interest vi-  
ctorne sis an subiaceas: Attamen cū  
eo loco fueris vt tibi necessariò ve-  
ritas contra inimicos fidei, vel mo-  
rum defendenda sit: tum non modò  
tacendum non est, sed etiam acerri-  
mè & audacissimè disputandum,  
imò vita etiam si opus fuerit pro-  
fiscenda.

*Veritas si  
dei acriter  
defendenda  
est.*

Cum Christianis verò si tibi res  
fuerit, explica primùm tuam opini-  
onem debita cum modestia; & si nas  
postea contendere illos qui volent,  
tu verò tuæ ipsius salutis inuigila si  
tuo sermone alijs prodesse nequis.

*Modus eluendi maculam con-  
tentionis.*

PRP

PRIMVS modus contentione[m] mortificandi est; Societates fugere, speciatim eorum quos ad litigandū & disputandum pronos nouisti.

SECUNDVS est: Pauca loqui, *Silentij utilitas.* eaque non nisi necessaria, ne aliquid proferas ex quo alius occasionem capiat longam aliquam disputationem instituēdi, & verba tua in quaestionem vocandi.

TERTIVS humilē & mansuetū esse erga omnes: crucifixi IESV imaginem semper mente circumferre, quia cogitationibus sic occupatis, non aduertes quid alij dicant, & occasiones litigandi vitabis.

*De iudicjs temerarijs,  
Macula XIX.*

CAPVT XX.

**N**OLITE iudicare & non iudicabimini, ait Christus. verbis explicari non potest, quantis damnis animam ad perfectionem tendentem, afficiat, aliorum facta temere iudicare. *Luc. 6. Iudicium temerarium maxime nocuum.*

Insignis certē impudentiæ & temeri-